D. ANTONII GVEVARÆ COMMENTARIA in Habacuc.

Ad Jlluſtriſsimum Dominum D. Gaſparem Quirogam. S. R. E. Cardinalē, Archiepiſcopum Toletanum, ſummum de fidei Catholicæ negotijs cognitorem.

MADRIDII,

Apud viduam Alfonſi Gomez. 1585.

CVM PRIVILEGIO.

b14545557

13
4156

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

ILLVSTRISSIMO DOMINO D. GASPARI Quiroguæ. S. R. E. Cardinali, Archiepiſcopo Toletano, ſummo apud Hiſpanos de fidei Catholicę negotijs cognitori. D. Antonius Gueuara Prior Sancti Michaelis de Scalada,

.S.

COgis me, Illuſtriſsime præſul, quæ dicta ſunt mihi in tenebris, in lumine dicere, & iuxta ſententiam euangelicam, quæ in aure audiui, prædicare ſuper tecta. Vide ne forſitan, contra ſententiam Apoſtolicam, dum de tenebris lucem iubes ſplendeſcere, luci tenebras aſſociare contendas. Quæ enim participatio Diuinæ Philoſophiæ pacatiſsimæ cum forenſibus iurgijs & conflictationibus? aut quæ conuentio diuinæ Scripturæ, abyſſo cæleſtis ſapientiæ, cum omnium bonarum artium ac literarum ſumma ignoratione & inſcitia? Etenim ſi gloriari oportet; quæ infirmitatis meæ ſunt

PROPHETIA
HABACVC.
CAPVT I.

1 ONVS quod vidit Haba-
2 cuc Propheta. Vſque-
quo Domine clamabo,
& non exaudies? vocife-
rabor ad te vim patiens,
& non ſaluabis? Quare
3 oſtendiſti mihi iniquitatem & laborem,
videre prædam & iniuſtitiam contra me?
⊢—— *Quare reſpicis contemptores & taces,*
conculcante impio iuſtiorem ſe? Et facies homi
nes quaſi piſces maris, & quaſi reptilia non ha-
bentia ducem? ——⊣ Et factũ eſt iudicium
4 & contradictio potentior? Propter hoc la
cerata eſt lex, & non peruênit vſque ad fi
nem iudicium: quia impius præualet ad-
uerſus iuſtum, propterea egreditur iudi-
5 cium peruerſum. ¶ Aſpicite in genti-
bus, & videte, & admiramini, & obſtu-
peſcite: quia opus factum eſt in diebus ve
ſtris, quod nemo credet, cùm narrabitur.

Quia